

228 DE BELLO GALLICO

▷ IVLII CAESARIS
COMMENTARIO
RVM DE BELLO GAL-
lico Liber VII.



Vieta Gallia, Caesar, ut consti-
tuerat, in Italiam ad conuen-
tus agendos proficiscitur. Ibi
cognoscit de P. Clodij caede,
de Senatusq; consulto certior
factus, ut omnes Italiae iunio-
res coniurarent, delectam to-
ta prouincia habere instituit. Ea res in Gallia transal-
pinā celcriter perferuntur. Addūt ipsi, et affingunt ru-
moribus Galli (quod res poscere uidebatur) retineri
urbano motu Caesarem, neq; in tantis dissensionibus
ad exercitum uenire posse. Hac impulsione, qui-
iam antè se populi Ro. Imperio subiectos dolerent, li-
berius, atq; audacius de bello consilia inire incipiunt.
Indictis inter se principes Gallie concilijs, syluestri-
bus, ac remotis locis, querūtur de Acconis morte: hūc
casum ad ipsos recidere posse demonstrāt. Miserātur
communem Gallie fortunam, omnibus pollicitationi-
bus, ac premijs deposcūt, qui belli initium faciant, &
sui capitis periculo Galliam in libertatem uindicerent.
Eius in primis rationem habendam esse dicunt, prius
quāno